Nihilominus idem Rgns se suosque succedaneos inscribit et obligat praesentibus statuere praedictum Rndum superiorem suum vel in eventu mortis succedaneos illius ad Acta quaevis authentica Regni Vini perpetuitatis in se habentia intra decursum quatuor septimanarum ad approbandum per ipsum vel ipsos succedaneos Inscriptionem praesentem quietationem vel similem suo pro interesse faciendam statuere et ut praemissa ab eo vel ipsis succedaneis efficere. Idque sub poenis seu censuris Ecclesiasticis per eundem Rgntem sive ipsius succedaneos ob non statutionem praedicti superioris sive ipsis succedaneorum ad solvendum succubitis. Pro quibus quidem poenis seu censuris Ecclesiasticis modo praemisso ad solvendum succubitis ac submissione praefata non completa complenda citatus expressa mandatus Recognoscens sive ipsis succedanei ad instantiam supra scriptorum Illium Siedlerowski et Swiderski sive ipsis posterorum ad Iudicium Consistoriale Premysliense sive aliud quodvis sibi competens extunc recessus supra scriptum quoad rndum spectat mediante semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare, iuri parere, rndere poenas praefatas luere, Inscriptioni huic satisfacere, seque ac suos succedaneos ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus semotis quibusvis Pillationibus et Iuris subterfugiis ac omne Iudicatum pati debebit et tenebitur. Hac praesenti Inscriptione ad praemissa omnia mediante.

Mnissek Testamentum Approbat.

Comparens praelo coram Officio et Actis praesentibus Castrensis Capitaneatus Premysliensis Generosus Petrus Paulus de Budenin Mnissek sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibuscumque proprijs et competentibus recedendo Praesenti vero Iurisdictioni Castrensis Capitaneatus Premysliensis quoad Actum huius attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse testamentum ultimae voluntatis per se Recognitum ratione omnium generalium bonorum suorum ac summarum quarumvis pecuniarum post mortem sui Rgntis derelinquendum in scripto conceptum

manibus

1440